Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ihm ipsi parentes eius ut facerent secundum consuetudinem
legis pro eo. et ipse accepit eum in ulnas suas. et bene
dixit dominum et dixit. Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei salutare tuum quod parasti ante faciem omnium populorum.
lumen ad revelationem gentium. et gloriam plebis tue israel. Ant.
Iubilate Simeon iustus et timorat expectans redemptionem
israel. et spiritus sanctus erat in eo. capitulum Ecce mitto. Ant.
Ant. Speciosa facta. Iubilate Cum inducerent puerum ihesum parentes eius accepit eum simeon in ulnas suas et benedixit deum dicens
nunc dimittis domine servum tuum in pace. Collecta Oremus sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus. ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia. in templo est presentatus. ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. per. I Senex puerum portabat. puer autem senem regebat quem virgo peperit et post partum virgo permansit ipsum quem genuit adorant. III Responsum accepit simeon a spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret dominum. cap Ecce mitto. collecta Oremus sempiterne. VI Accipiens simeon puerum in manibus gratias agens benedixit deum. cap Ecce iam venit plenitudo temporis in qua imitatus est factum cum mulier fac. subsole ut sol qui subsole erant redimeret. collecta Perficere in nobis quesumus domine gratiam tuam qui iusti simeonis expectationem implesti. ut sicut ille mortem non vidit p